



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Feria III. Pentecostes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

stulte metuant accedentes ad confessionem, nec proferre in lucem peccata sua velint, ne reprehendantur. Omnia contraria sperare debent; nam qui peccata sua soli Confessario aperit, eo ipso non venit in hominum notitiam, sed in universalis illo iudicio securus est: *Qui credit, non iudicatur.* Et tamen venit ad lucem, quia non solum ipsius poenitentis conscientia illustratur, sed etiam fama apud Confessarium augetur, qui summam inde consolatione propter peccatoris candorem & conversionem impletur. *Mense III. Disc. 87. pag. 561. à num. 6. ad num. 13.*

## FERIA III.

## PENTECOSTES.

*Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur. Joan. 10.*

Gratia Dei ideo mirabilior & pretiosior, quia prorsus gratuita est; ingressi enim per Christum in Ecclesiam sumus, priusquam de Christo quidquam intelligeremus. Tanto magis à nobis æstimanda & diligentius conservanda est. *Mense VII. Disc. 208. pag. 485.*

2.

*Per me si quis introierit, salvabitur. Jo. 10.*

Equidem Christianæ virtutes videntur arduæ ac difficiles, dum hinc amorem inordinatum, vanam gloriam, privatam utilitatem videntur excludere; inde corpus & animum fatigare. Verùm fallitur, qui sic opinatur; nam earum non vulgaris, imo summa utilitas est, cum sint bonum multò jucundius ac dulcius, quàm omnia mundi totius bona. *Mense VII. Disc. 185. pag. 35. usque ad num. 7.*

3.

*Per me si quis introierit, salvabitur. Joan. 10.*

Sicut non omnis fert omnia tellus, ita non omnes quælibet terræ bona possunt obtinere: aliqua summis præclusa sunt, alia infimis, &c. At non tale bonum sunt virtutes Christianæ; talis enim earum thesaurus est, ut omnibus tam summis, quàm infimis pateat: ut illius unius sit, qui illum occupat: ut auferri à nemine possit: ut afferat etiam summum bonum, æternam felicitatem. *Mense VII. Disc. 185. pag. 46. à num. 7. ad finem.*

4.

*Et pascua inveniet. Joan. 10.*

Saluberrimè S. Ecclesia instituit jejuniorum observantiam; nam per eam castigatur corpus & indomitæ passionis nostræ refrænantur: pro

h s

parva

parva insuper abſtinentia cæleſtes deliciae promittuntur: *Et pascua inveniet; ſicut & David cecinit: DOMINUS regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit.* *Psal. 22.* Postquam igitur exactâ jam pridem Quadragesima septem refectionis hebdomadas nobis pia mater Ecclesia indulſit, libenter denuo amplectamur præſcripta jejunia; eſt enim præceptum hoc perquam tolerabile. *Menſe V. Diſc. 124. pag. 39.*

5.

*Ille fur eſt, & latro. Joan. 10.*

Qui non intrat per oſtium ſinceræ confeſſionis, non intrabit in gratiam Dei, ſed cum furibus & latronibus tenebras amantiſ con-demnabitur. Si peccata tua ſilendo effugias notitiam Sacerdotis, non effugies tamen iudicium Dei, qui corda ſcrutatur & renes. *Menſe III. Diſc. 87. pag. 571. à num. 13. ad fin.*

## DOMINICA SS. TRINITATIS.

I.

*Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Matth. 28. 19.*

De